

**R**emissis casibus singulariter determinatis et ad eandem rationem determinatōnis pertinentibus constituitur regula generalis: illa uidelicet quod nullus in bonis est. id naturali ratione occupanti conceditur. ut ff. de acqui. re. do. l. ii. in prin. ¶ Circa secundum. scilicet qualiter regula constituatur. ¶ Dicendum est. quod regula debet esse generalis. et omnia comprehendere. quia constituitur per ea uerba que de sui natura omnia comprehendunt. id est per signa uniuersalia. affirmatiua. que affirmando omnia comprehendunt. ut patet. ff. e. omnis definitio. et. l. omnes actiones. et. l. omnia fere. et. l. omnia que oportet. ¶ Item per uerba negatiua que uniuersaliter negando omnia excludunt. ut. i. e. c. nullus pluribus. et. c. nullus ex consilio. ff. e. l. nō. et. l. nullus. ¶ Item per uerba indefinita que iurista simpliciter dicit equipollere uniuersalibus. ut. ff. de offi. prefec. urb. l. i. §. cum urbem. et dele. prestan. l. i. §. generaliter. et. e. de here. uen. l. si. Non quasi omnes regule per hunc titulum tracte. paucis dūtaxat exceptis. que traduntur per signa indefinita. aliquando affirmatiua aliquando negata. ¶ Tamen falsū uidetur quod indefinita equipollet uniuersali etiam scdm iura. quia si lego alicui omne marmor uniuersaliter. uideor legare. et statuas marmoreas. et ceteras species de marmore factas. ut. ff. dele. iii. heres meus. §. i. et. ff. de aur et ar. le. l. i. Et tamen si legetur marmor indefinite. comprehenditur in legato sola rudis marmoris materia. et non species de marmore facta. ut. ff. dele. iii. l. quesitum. §. illud fortasse. ¶ Item si lana legetur indefinite. lana tinta non continetur in legato. ut. ff. dele. iii. l. sicut in prin. Et tamen si legetur omnis lana uniuersaliter. tinta cedit in legato. ut. ff. de aur. et ar. le. ff. pedic. §. labeo. Ergo falsum uidetur quod indefinita equipolleant uniuersali. Et id inconuenienter uidetur regule trahi per uerba indefinita. ¶ Sed dicendum est quod non est eadem ratio et conditio omnium particularium in uniuerso comprehensarum indefinita nō equipollet uniuersali affirmatiue. ut patet in preal. l. quesitum

casibus singulariter determinatis et ad eandem rationem determinatōnis pertinentibus constituitur regula generalis: illa uidelicet quod nullus in bonis est. id naturali ratione occupanti conceditur. ut ff. de acqui. re. do. l. ii. in prin. ¶ Circa secundum. scilicet qualiter regula constituatur. ¶ Dicendum est. quod regula debet esse generalis. et omnia comprehendere. quia constituitur per ea uerba que de sui natura omnia comprehendunt. id est per signa uniuersalia. affirmatiua. que affirmando omnia comprehendunt. ut patet. ff. e. omnis definitio. et. l. omnes actiones. et. l. omnia fere. et. l. omnia que oportet. ¶ Item per uerba negatiua que uniuersaliter negando omnia excludunt. ut. i. e. c. nullus pluribus. et. c. nullus ex consilio. ff. e. l. nō. et. l. nullus. ¶ Item per uerba indefinita que iurista simpliciter dicit equipollere uniuersalibus. ut. ff. de offi. prefec. urb. l. i. §. cum urbem. et dele. prestan. l. i. §. generaliter. et. e. de here. uen. l. si. Non quasi omnes regule per hunc titulum tracte. paucis dūtaxat exceptis. que traduntur per signa indefinita. aliquando affirmatiua aliquando negata. ¶ Tamen falsū uidetur quod indefinita equipollet uniuersali etiam scdm iura. quia si lego alicui omne marmor uniuersaliter. uideor legare. et statuas marmoreas. et ceteras species de marmore factas. ut. ff. dele. iii. heres meus. §. i. et. ff. de aur et ar. le. l. i. Et tamen si legetur marmor indefinite. comprehenditur in legato sola rudis marmoris materia. et non species de marmore facta. ut. ff. dele. iii. l. quesitum. §. illud fortasse. ¶ Item si lana legetur indefinite. lana tinta non continetur in legato. ut. ff. dele. iii. l. sicut in prin. Et tamen si legetur omnis lana uniuersaliter. tinta cedit in legato. ut. ff. de aur. et ar. le. ff. pedic. §. labeo. Ergo falsum uidetur quod indefinita equipolleant uniuersali. Et id inconuenienter uidetur regule trahi per uerba indefinita. ¶ Sed dicendum est quod non est eadem ratio et conditio omnium particularium in uniuerso comprehensarum indefinita nō equipollet uniuersali affirmatiue. ut patet in preal. l. quesitum

tum. §. illud fortasse. et. l. si cur. **S**ed quando omnium particularium est eadem ratio et conditio. tunc indefinita affirmatiue prolata. equipollet uniuersali affirmatiue. Vt ecce si testator instituat plures heredes. et postea indefinite dicat dampno heredem. x. dare titio. effectus damnationis comprehendat omnes uniuersaliter. quia eadem est conditio omnium et eadem ratio possibilitatis dampnandi eos. quia omnes sunt heredes. et omnes percipiunt commodum a defuncto. ut ff. de leg. ii. l. si pluribus. et. l. si ita relictum circa prin. et de leg. iii. l. si plures gradus. **I**tem prolata negatiue equipollet uniuersali negatiue. ut ff. de re. di. l. si is q. §. utrum. in fi. Cum ergo propositum sit legislatoris constituere regulam de casibus eandem rationem determinationis habentibus. ut ff. e. l. i. ibi et ut ait sabinus quasi cognitio est. 2c. et infra subicietur relinquatur manifeste. quod regule conuentus constituuntur per uerba indefinita. tam affirmatiua quam negatiua. **C**irca tertium uidelicet que sit potestas regule. Hec est utrum regula constituat ius de nouo. uel solum recitet alius constitutum. **V**idetur primo quod nunquam constituat ius de nouo. ut ff. e. l. ii. ibi non ut ex regula ius sumatur. sed ut ex iure quod est regula fiat. **E**contra uidetur quod constituat ius de nouo. quod regula catoniana de nouo constituit. quod illa legata que ab initio sunt. inuita ratione legati tantum uel legantis et legatarii uel legatarum. et eius a quo legatum presentandum relinquatur. uel ratione rei legate tantum. uel mixta ratione rei legate. et personae legatarii tractu temporis non confirmatur etiam si causa impedimenti remoueat. ut ff. de regula catoniana. l. i. in prin. et de leg. i. l. cetera. §. i. ergo regula constituit ius de nouo. **A**d hoc respondent doctores satis subtiliter et dicunt. quod est considerare tres species casuum. Nam quidam sunt casus in canone uel lege specialiter indeterminati. et in illis regula non constituit ius quia inuenit iam constitutum. **Q**uidam sunt casus excepta legis determinatione. et in illis similiter regula non constituit ius

quia non clauduntur sub regula dispositiue. ut. i. subicietur. Quidam sunt casus in quibus est eadem equitas que est in casibus a iure determinatis. nec tamen reperiuntur in iure positi. et in illis regula facit ius propter ideptitatem rationisque non patitur determinationem casuum similibus esse diuersam. ut ff. de iur. iur. te. le. postumus. et de xbo. ob. l. a titio. **A**ptius autem dici posset. quod aut constitutio iuris precedit traditionem regule et regula de iure constituto. iam quasi numeratum de materia producat. et tunc proprie locum habet distinctio predictorum casuum. inde licet ut iam determinatis et exceptis non faciat ius. Sed in non determinatis in quibus est eadem ratio equitatis faciat seu constituat ius. Sed ubi non est ius constitutum ante regule traditionem. sed inuenitur sola stipulatio ex traditione regule. tunc ipsa regula est ius seu constitutio iuris et ab alio non. sed a constitutione procedit. et ita potest intelligi prealle. l. i. de regula catoniana. **C**irca quartum. l. quod sit officium regule. Dicunt doctores quidam quod officium regule est coniungere plures rationes casuum. i. rationem traditam in uno casu ad plures alios extendere. in quibus uertitur eadem equitas. Tamen ista expositio uidetur non uera. Quia cum textus dicat. ff. e. l. i. quod regula est coniunctio rationis. et secundum opinionem premissam non coniungeret rationes sed ius in uno casu constitutum ad alium extenderet. sequitur quod opinio illa. Iam remota sit a propria significatione uerborum textus. **I**tem secundum opinionem. Iam rationem unius casus attribueret alteri quod textus non intendit. quia nichil de extensione casuum sed de coniunctione rationis tractat. **I**tem si de extensione tractaret. iam poneretur de regula ius constituyente similiter. quod uidetur contra textum. Et propterea dicendum est. quod regula est coniunctio rationis. ideo quia de ratione plurium casuum eandem rationem habentium unam numero generalem traditionem facit. Et sic quod plures erant primo numero rationes ad unam ex omnibus coniunctis precedentem

reducuntur per regulam. Et ideo p̄p̄te  
dicitur q̄ officium regule est ratioes cō  
iūgere uidet̄. ergo statutum fuit primo  
in piscibus q̄ occupanti concederentur  
Item statutum fuit in aibus q̄ occupan  
ti concederentur eadem ratione quia nul  
lius in bonis sunt. et inferis bestis  
eadem ratione. quia nullus in bōis sunt.  
Ex his omnibus sequitur traditio regu  
le que rationes predictas omnes contun  
gat. s. q̄ i nullus bōis est. occupanti con  
ceditur. ¶ Circa quintum et ultimum  
fuerunt duz opiniones contrarie. Io. eim  
dicit q̄ exceptiones non sunt de regula.  
que fiunt ad derogandum regule. ut. ff.  
de regula cationaria. l. i. ii. responso. ergo  
oppositum. i. confirmationem regule nō  
inducunt. igitur sub regula nō compie  
duntur. quia magis intendunt ad opposi  
tum. i. ad effectum regule excludenduz  
ar. ff. de annu. le. l. legata. utiliter de cō  
dic. et demo. l. cū tal. §. fi. ¶ Preterea  
species de genere excepta non continen  
tur sub genere. ff. d. penis. l. sancto. legū  
et de x̄bo. ob. l. doli clausula. dele. iii. l.  
uxorem. §. felicissimo. et. l. seruus urba  
nus. §. ulri. et de ali. le. l. alimenta. §. ba  
silice et. l. stichum. igitur casus excepti  
argumenta non continentur sub regula.  
Placen. uero dixit q̄ exceptiones conti  
nentur sub regula. et pro eo uidetur face  
re. ff. e. l. semper spiritualia generalibus  
insunt. Item q̄ per exceptiones dicitur  
regulas confirmari. ut in aūt. de non ali.  
§. ut autem. Ergo uidentur exceptioes  
esse de parte regule. cum ad regule con  
firmationem tendant. Michi uidetur q̄  
utraq̄ opinio contineat ueritatem. Nam  
non sunt de regula. idest non disponunt  
sedz regulam. immo quantum ad eas re  
gula perdit officium suum. ff. e. l. i. in fi.  
Quia cum officium regule sit cōiungē  
re rationes. ut dictum est. Et in his ex  
ceptis nō coniungit quia aliqua ratio nō  
suadet coniunctionem uitandam. ut patz  
in regula. quia quod nullus in bonis est  
occupanti conceditur. Quod fallit in li  
bero homine. et in re sacra. et in multis  
similibus. ut nō. ff. de re. di. l. i. Et in his  
enim non possumus sequi regulam cōmu

nem. ut. ff. de. le. et se. con. l. in his. et. l.  
ius singulare. Et propterea non claudunt  
sub regula. Et ita credendum est intelle  
xisse Io. Sed sunt de regula. i. sub gene  
ralitate uerborum. ut in regule traditio  
ne expressorum continentur. Quia si  
regula est de homine et exceptio debet  
esse de homine. et non d. asino seu capra  
seu alta specie. ¶ Item si regula procedit  
de actione reali non recte sequitur excep  
tio in speciali nec econtra. Et ita uersi  
mile est intellexisse Placē. ¶ Ad ar. Io.  
potest responderi q̄ uerum est q̄ excep  
tioes impediuntur regulam. i. impediūt  
eam coniungere casus exceptos. sed cōse  
dunt eam firmam in aliis non exceptis.

¶ Quia ubi sunt plura capitula quorum ef  
fectus est distinctus si fiat detractio in  
quibusdam uidetur cetera confirmare.  
ut. ff. de tel. nulli. l. tribunus. §. ultimo.

¶ Item uerum est q̄ species excepta nō  
est sub genere et dispositio eius non se  
quitur ad dispositionem generis. sed ni  
hilominus de generalitate qualitate uer  
borum spectat. ut. s. dixi. Sicut si dicerē  
omnis homo legit. preter martinum qui  
dormit. martinus sub homine continet̄.  
Sed de eo aliud q̄ de ceteris predicatur.

¶ Ad ar. Placen. dicendum est q̄ uerū  
est q̄ specialia generalibus insūt. et sub  
generalibus comprehenduntur q̄ntū ad  
uerba. non quantum ad dispositionē. quia  
subest aliqua ratio que non patitur ipsa  
scdm genus disponi. ¶ Bonifacius. viii.

**B**eneficium ecclesiasticū nō  
potest licite sine institutioe  
canonica optineri.

¶ Regule istius. exemplum euidenter pa  
tet. Intendit enim dicere q̄ si aliquis in  
stituatur ab eo qui ius non habet insti  
tuendi. Item si institutio fiat de eo qui  
non sit institutionis capax. Item si insti  
tutio fiat non seruata forma que debet  
in institutionibus seruari. Institutio mi  
nus uidetur esse canonica quia defectum  
habet eorum que sunt institutionis sub  
stantialia. Et propterea ex institutione  
sali nō pōt beneficium legitime obtineri.

**A**d declarationem autem uerborum regule querendum est quid sit institutio. Item in quo differat ab inuestitura et ab inductione in possessionem. **I**tem quid dicatur catoniana institutio. Subsequenter querenda erit quedam ad materiam regule pertinentia. **D**e primo scribit per dominum Hostien. qd institutio est intus statio. uel intus positio. Quod si uerum esset. iam superflua esset inuestitura. et in possessionem inductio post institutionem. quia quod haberet non posset in eum uerti ulterius. prima collectione. in eius effectu perseverante. ff. de robo. ob. l. nemo rem suam. et. l. scire debemus. §. ultimo. **I**tem cum canones exponat qd ad alium pertineat institutio. uidelicet ad episcopum. ut. s. de here. cum ex iniuto. in fi. et ad alium pertinet. possessionis inductio. s. ad archidiaconum. ut. s. de offi. archidi. capitulo ad hoc. 2c. ut uestra. uidetur inconueniens dicere qd sit idem. **Q**uia cum sit distincta officia illorum ad quos pertinet. distinctos debet habere effectus. quia secretorum et distinctorum distincta et discreta ratio esse debet. ut ff. de calump. l. ult. et. e. de donac. inter uir. et uxo. l. si maritus. et de eoiscepis. et cleri. l. repetita. et de tes. consulta diuina. **S**ed excusari potest qd intellexit de institutione quantum ad ius. qd ex sola institutione acquiritur. Sed intus statio defacto per inductionem in possessionem subsequitur. Et propterea dici potest. qd motus fuit ex eo qd canones appellant inductionem in possessionem institutionem corporalem. ut. s. de offi. ar. e. ad hoc. §. in quodam uero. Et preterea potuit probabiliter dicere. qd institutio esset intus positio. uel intus statio defacto. cum etiam sit incorporale possessionem inductio. ut. in dicto. §. in quadam. **M**agister noster Ber. scribit. s. de insti. e. ex frequentibus. qd institutio est ius canonicum in ecclesia. uel ecclesiastico beneficio tribuere. Inuestire est quasi possessionem illius iuris conferre. Postea uero subiungit qd instituere est specialis iuris benefici. uel dignitatis corporale possessionem tradere. Et in hoc uidetur tradere contraria

Quia primo dicit per institutionem conferri ius. Et post illam collationem iuris subsequens factum. i. per inuestitura queri quasi possessionem. Per qd includit. qd per institutionem acquiritur possessio. Et hoc est certum possessionem non queri per solam institutionem. uel ex sola inuestitura. sed per inductionem in corporalem possessionem. ut. s. de elec. c. tum in cunctis. §. cum uero inuitur. et not. hic Hostien. in ti. de insti. et patet. ff. de acqui. pos. l. cum heredes in prin. **S**ed credibile est qd magister Ber. in prima diffinitione. uel destitutione. intellexit de institutione stricte sumpta. per quam tribuntur ius. et non possessionis uel quasi illius iuris. In secunda intellexit de institutione largo modo sumpta. **V**el dicendum est qd in prima intellexit de institutione pertinente ad episcopum. qd tribuit solum ius. **I**n secunda intellexit de institutione pertinente ad archidiaconum. qd tribuit possessionem uel quasi. Scribitur etiam per do. Hosti. in suma. in ti. de insti. in prin. qd quidam dixerit. qd institutio erat ecclesie. uel ecclesiastici beneficii collegio. Que diffinitio non uideat esse sufficiens. Quia non ponit omnia substantialia institutionis. Non enim dicit qd ex institutione queratur ius in proprietate beneficii collati. Constat autem qd per institutionem. seu beneficii collationem queritur ius proprietatis illi in quem beneficium confertur. Qd ex eo patet. qd propter collationem factam in primum. collatio facta in secundum nichil operatur et est casus de preben. c. si tibi. Et tamen si non ualet per primam collectionem translatum ius in primum. potuisset per secundam collectionem transferri in personam secundam. e. de rei uen. l. quociens. Sed credibile est qd qui predictam diffinitionem induxit. intellexit qd ius per beneficii collectionem transfertur. et hic aliter indicant diffinitionis uerba. **E**t tamen si omnia s. dicta tollerabilia sunt propter probabilem auctoritatem dicentium. clarius potest dici. Qd institutio est iuris alicuius beneficii. uerbalis collatio. Inuestitam uero collationis seu insti

tutionis confirmatio seu declaratio per quam inducitur confirmatio. Missio in possessionem est precedentium. i. collatio nis et inuestiture executio. quod per similia patet. Nam institutio heredis tria sunt per ordinem. Primum est institutio que procedit per dispositionem uerba lem. Secunda est institutionis irreuo cabilis confirmatio. que contingit per conse quens factum. i. per mortem. Tertium autem est institutionis et confirmatio nis executio. que contingit per aditione hereditatis et sequens amiculum. i. apprehensionem possessionis. licet illa non sit necessaria ad acquisitionem domini reip hereditarium. sed necessaria est ad acqui sitionem possessionis. e. de testa. l. omni um. ff. de acqui. pos. cum heredes in prin de bo. pos. l. i. et. ii. **I**tem in datione tutoris. Datur enim aliquando a testata tore. Secunda datio est illa uerbali qua confirmatur a iudice. ut patet. ff. et. e. de testa. tu. et confir. tu. **T**ertio seq tur decretum iudicis ad administratio nem concedens. ut. e. ar. tu. l. fi. et in auten. ut. hu. qui. ob. se. here. res. mi. s. penult. Item patet in feudo. nam primo feudi concessio. Secdo inuestitura que e precedentis concessionis confirmatio. Tertio in possessionem inductio que est concessionis et inuestiture realis executio ut in titulo. quid sit inuestitura. colla. x. Et licet predicta non sint similia quantum ad omnia. similia tamen sunt quantum ad ordinem successionum. et hec uerba sunt secundum absolutam et propriam significati onem uerborum. Sed in presenti regula credendum est et dicendum institutio nem largo modo sumi. et pro omnibus s. dictis modis poni. Certum est enim quod collatio et inuestitura que fit per episco pum institutio iuris appellatur ut in pre alle. c. cum ex inuncto. s. de hereti. Itz inductio possessionis que fit per archid. appellatur institutio corporalis. ut. s. de offi. archi. c. ad eo s. in quadam uero. In quacumque predictarum enim defectus inter ueniens reddit beneficii receptionem uel retentionem illicitam. Si enim defectus est institutione uerbali siue ex parte in

stituente ut quia is instituit. qui d. iure instituere non possunt. illicita est deten tio. uerbi gratia. ut quia institutio fiat p uicarium episcopi etiam generalem quez constat instituere non posse. nisi institu endi potestas simpliciter fuerit permessa per episcopum. ut. s. de offi. uicarii. c. cu generali. l. vi. Et ita debet intelligi. s. de insti. c. ex frequentibus. Vel quia fiat p capitulum de beneficiis ad collationem episcopi pertinentibus. qua constat non ualere. etiam si de uacante. ut. s. de insti. c. i. l. vi. Item si institutio fiat de eo quod non potest de iure institui. ut si institua tur laicus uel alius irregularis cui prohibe tur de iure beneficium. ut. s. de insti. c. ii. Idem est si defectus fuerit in institu tionis forma. ut quia fuit sub conditioe facta. cum actus legitimi non suscipiant conditionem. neque diem. ut. i. eo. actus legitimi. et. s. de elec. in electionibus. l. vi. Et per hoc patet quod institutio largo modo hic sumitur ut tam institutionem uerbalem et inuestituram que ius tribuit quod inductionem in possessionem. que pos sessionem et quasi concedit comprehen dit. Et hoc ostenditur necessario argumē to posito casu quod esset aliquis uerbaliter institutus et inuestitus. re ipsa sine indu ctione in possessionem et auctoritate pro pria possessionem occuparet. diceretur in cumbere possessioni. ut predo non ut in stitutus possessor. ff. de acqui. pos. l. si ex stipulatione. i. et. ii. respon. e. et. l. nec natura. **C**anonica uero institutio appellatur in qua omnia substantialia ta lide institutionis largo modo sumpte coe curruunt. i. collatio inuestitura et inposse sionem inductio et decens persone habi litas tam ex parte conferentis quam ex pte illius in quem collatio facta est et solle mnis institutionis forma. sicut in superiori bus est ostensum sicut dicitur legitima tutoris datio quando is dedit qui dare potuit is accepit cui fuerat dandus. et is datur cuius dandi facultas erat. et p tri bunalit decretum interponitur. ut. ff. de confir. tu. l. naturalis. s. si queratur. **Q**ueri autem potest circa materiam supradictam. Primo nunquid institutio

inuestitura et in possessionem inductio  
sint distincte species uel idem significa  
ntes. Hic autem declaratum est per su  
periora et ideo superuacuum esset repe  
re. **S**ecundo queri posset cum sunt spe  
cies indistincte proprie sumendo. utrum  
distincta iura tribuuntur per eas. Et di  
cendum est sicut in superioribus patet.  
quod per institutionem uerbalem tribuitur  
ius proprietatis. et per inuestituram de  
claratur. et confirmatur illius iuris colla  
tio. ut dicto. c. inter cetera. et. c. cum ex  
inuncto. Et per inductionem in possessi  
onem tribuitur ius quasi administrationis  
ut in dicto. c. adeo. et. c. uerum. **P**os  
set autem aliquis dicere quod inconueniens  
uidetur. quod in eadem re queratur posses  
sio et quasi possessio cum possessio confi  
stat in rebus corporalibus tantum. ff. de  
acqui. pos. l. iii. in prin. et de usu. l. i. seq  
tur §. si utam. quasi possessio consistit  
in incorporalibus ff. de seruitu. l. pe. et.  
si serui. uen. l. sicuti. §. aristo. et uti pos.  
l. si. sic ergo corporalia et in corporalia  
sunt species oppositae. et non continetes  
circa eandem rem. ut insti. de rebus cor  
poralibus. et incor. ff. de re. di. l. i. sic pos  
sessio et quasi possessio. uidetur species  
oppositae et non possent concurrere in ea  
dem rem. **S**ed dicendum est quod in be  
neficiis est considerare ipsum ius benefi  
cii quod est in corpore. i. in eodem nume  
ro quasi possessio. Item est considerare  
res corporales que sub iurisdictione bene  
fici continentur. et in illis dicitur quasi ue  
ra possessio corporaliter instituto. Que  
ri posset tertio quare est quod per inuesti  
turam factam per anulum uel per librum  
aut baculum non queritur uera possessio  
uel quasi possessio per clauum traditio  
queratur possessio rerum que sub clau  
ibus constituuntur uel custodiuntur. ut  
ff. de contraben. emp. l. clauibus. et de ac  
qui. re. do. l. qua ratione. §. item si quis.  
et de acqui. pos. l. i. §. si iussisset. Ratio  
est quia sub custodia clauum constituuntur.  
et continentur. et ideo traditis clau  
ibus sub quarum custodia sunt ipse res tra  
dite intelliguntur. Annulus uero et bacu  
culus seu liber nichil habet comune cum

rebus que in beneficio continentur et ideo  
per inuestituram per baculum factam non  
intelligitur translata possessio. Sicut di  
ci solet si tradatur uel legetur instrumē  
tum in quo continetur emptio predii. uel  
alterius rei. ipsa res intelligitur tradita  
uel legata quia uera in re quesita proba  
tio in instrumento continetur. et de do  
naci. l. i. ff. de le. i. seruū filii. §. cum et de  
le. iii. l. qui cirographum. **H**uius autē  
causa queri posset. quarto si institutus  
uerbo. et inuestitus annulo inducatur in  
possessionem rei unius qui est in beneficio  
sibi collato. nomine illius et aliarum an in  
telligitur quesita possessio illius tantum  
in qua inducitur corporaliter. uel illius 2.  
aliarum. Videtur quesita possessio omni  
um quia iure cauetur quod restituta una re  
hereditaria omnes restitute intelliguntur.  
si ea mente restituantur. ut effectus re  
stitutionis trahantur ad omnes. ut ff. ad  
trebel. l. restituta. in prin. et quia totius  
fundii possessio transfertur in sinuum fun  
di angulum. quis ingrediatur. ut ff. de ac  
qui. pos. l. possideri. §. quod autem. si ergo  
quesita possessio unius rei que in iure be  
neficii continentur omnium in e. beneficio  
apprehensorum quesita intelligantur ta  
mē si hoc equitas suadet ius scriptum  
contrarium dicit. quia heres querit domi  
nium omnium rerum hereditarium. ade  
undo hereditatem. et tamen non querit  
possessionem alicuius rei. nisi eam corp  
oraliter apprehendat. ut in dicta. l. cum he  
redes. et si testa. lib. esse iussus. l. i. §. sce  
uola. Ad. l. autem restituta patet respo  
sio quia ibi loquitur de transactione do  
mini. ad quam sufficit sola restitutio uer  
balis ut in eadē. l. et. l. iii. e. ti. In propo  
sito autem loquitur de acqui. pos. que in  
facto consistit. licet ipsa acquisita ius di  
ci posset. ut ff. de acqui. pos. l. i. in prin.  
et. §. si uir uxori. et. l. peregrine circa prin  
cipium. et ideo ad positionem unius non se  
quitur positio alterius. quod impossibile  
est ab eo esse essentialiter seperatum ut  
et de probationibus. l. non nudis. et. le.  
non episcopis. et. l. nec natalibus. et. le.  
ad probationem. Item ad. l. possideri. §.  
quod autem. **R**espondeo quod ibi non

dicitur ut quod acquiratur possessio aliarum  
 rerum que erant intra fundum 2 a fundo  
 distinctis sed certarum partium fundi tan-  
 tum que acquisite parti erant continua-  
 te. **¶** Quinto queri potest circa perso-  
 nas quibus temporibus conferens debet  
 esse capax beneficii conferendi. Et dicitur  
 dum uidetur quod sufficit eum esse capace  
 tempore collationis facte. licet postea de-  
 sinat comuni ex quadam causa. quia fac-  
 tum legitime retractari non debet. licet  
 postea casus eueniat a quo non potuit in-  
 choari. i. e. c. factum legitime. et ff. de  
 acqui. heredi. l. si seruū quis. §. ult. et de  
 his qui sunt sui uel alieni iuris. l. patre d.  
 regu. iur. l. in ambiguis. §. non est nouū.  
 et quia iure cauere est quod si testator qui he-  
 redem instituit sine delicto suo et absque  
 facto suo perdidit ius testandi institu-  
 tio propterea non uiciatur. ut ff. de tes-  
 ta. l. is cui. et de bonor. pos. scdm tab. l.  
 1. §. exigit pretor. §. si quis autem. ergo  
 institutio de beneficio facta non uiciatur  
 licet instituens ius instituendi perdidit.  
 obstat tamen uidetur quod. l. caue-  
 tur quod si testator heredem instituit ius  
 testandi perdidit propter delictum  
 uel propter suum factum. quia se prebu-  
 it ad arrogandum institutio uiciatur. ut  
 ff. de instu. et irri. testa. l. si quis exhe-  
 redato. §. irritum. et de bo. pos. scdm ta-  
 b. l. qui liberis. §. testem et insti. qui. mo-  
 te. infir. circa prin. et. §. non tamen. Er-  
 go uicari uidetur institutio facta de be-  
 neficio. **¶** Sed responderi potest quod insti-  
 tutio beneficii tenuit ita quod propter ex-  
 pressam institutoris uoluntatem non po-  
 tuit reuocari. ar. ut. s. de preben. cum in-  
 ter certam non ex quacunque causa ius in-  
 stituendi perdidit institutio precedens  
 non uiciatur ut in aut. de tabel. §. p. l. t.  
 Sed institutio heredis non tenebat irre-  
 uocabiliter ante mortem testantis cum  
 semper esset uoluntas ambulatoria et im-  
 mutabilis usque ad mortem. ut. e. de sacro  
 sanc. eccle. l. i. ff. de iure codicil. l. diui. §.  
 licet. et dele. i. l. michi et tibi. §. in legatis  
 et dele. iii. l. si quis in prin. testa. et d. ad  
 timendis leg. l. iii. in. §. ult. et. §. conditio  
 et de dona. inter ui. et uxo. cum hic sta-

tus. §. auctoratio. et ideo si perdidit te-  
 stator potestatem testandi ex ea causa quod  
 originem sumat a delicto uel culpa uel do-  
 o testantis institutio irritatur ut in p.  
 §. irritum et in. §. non tamen. Sed si ex  
 ea causa perdidit testamenti factionem  
 que de dolo uel culpa testatoris non sum-  
 mat originem institutio non uiciatur. ut  
 in. l. is cui. et in. l. i. §. exigitur et. §. si quis  
 autem. Facilius enim reuocantur ea que a  
 principio non habent effectum irreuoca-  
 bilem quam ea que a principio irreuocabiliter  
 tenent. ut patet quia donatio inter uiuos  
 que irreuocabiliter tenuit a principio non  
 reuocatur propter delictum subsequens  
 a donante commissum. ut. e. de bonis dāp.  
 l. si quis post hęc. sed donatio causa mor-  
 tis reuocatur ratione delicti et condemp-  
 nationis que propter alias post delictum  
 subsequitur. ut. ff. de dona. causa mor-  
 tis. l. si aliquis. **¶** Sexto queritur quibus te-  
 poribus debeat esse capax is qui in bene-  
 ficio instituitur. et uidetur quod ea ratione  
 qua heres institutus debet esse capax tri-  
 bus temporibus. i. testamenti. mortis te-  
 statoris et adiectionis hereditatis. ff. de  
 heredibus insti. si aliena. §. in extraneis.  
 eadem ratione institutus debeat esse ca-  
 pax beneficii consequendi tribus tempo-  
 ribus. i. tempore institutionis. et tempo-  
 re inuestiture. et tempore quo mittitur  
 in corporalem possessionem. Sed si mediis  
 temporibus fuerit non capax. i. instituti-  
 onem et inuestituram et missionem in pos-  
 sessionem institutio non uiciatur. ex quo  
 tribus temporibus capax inueniretur. ut  
 ff. de here. insti. l. sed et si in conditio-  
 ne §. sollempnius eū. l. seruū meum. sed si  
 capax fuit tribus temporibus. et post illa  
 tria tempora incipiat esse non capax sig-  
 dem ratione delicti sui ut quia homicidi-  
 um uel aliud enorme delictum commisit  
 quod ipsum inhabilem ad beneficium reddit.  
 priuabitur beneficio ex causa superuenie-  
 ti. ut. s. de homici. uo. uel casu. Sed si pro-  
 pter alium defectum qui ex delicto non  
 sumit originem ut quia senio uel ualiditu-  
 dine corporali impeditus sit uel alia causa  
 simili non priuabitur sed dabitur alius co-  
 adiutor sibi. ut. s. in tri. de cleri. egro. l.

vi. **S**eptimo queritur quid si credebatur instituentem instituendi habere ius cum in ueritate non haberet an copato errore institutio uicietur et uideatur uiciari debere quia factum illius qui credebatur esse tutor et non erat inutile est. ut ff. de rebus eorum qui sub tu. le. qui nec. et de auto. tu. l. tictum. §. qui rem. et de eo. q. pro tu. l. si is qui. **C**ontra uidetur uiciari non debere de iure canon. uel civili quia tenuit ab initio propter errorem communem qui pro ueritate habetur. ff. de supel. leg. l. in. in fi. et de offi. pre. l. barbarius philippus et. de testa. l. i. et de sen. interlocuto. om. iudi. l. si arbiter. et insti. de testa. §. testes. et ideo licet postea detegatur ueritas errori. contraria non uiciabitur institutio que ab initio tenuit ut infra. e. c. factum legitime. Ad contraria dici potest. quod ibi fuit error singularis qui nichil operatur in preiudicium ueritatis. ff. de acqui. here. l. cum quidam. §. quod dicitur. et de supel. le. l. labeo. §. uerum. si ea. Sed in consumptis fructibus et singulis error facti uel iuris excusari debet. ut ff. de here. pe. l. sed et si lege. §. scire. et de rei. uen. l. certum. sed secundum theologos qui dicunt quod ueritate quoad copata uiciatur quod ab initio tenuit si appareat contrarium in ueritate. debet forte in principali aliter iudicari. sed de fructibus idem. **O**ctauo queritur an si in forma institutionis unum d. substantialibus obmittatur et cetera obseruentur institutio uicietur. Et dicendum est quod ommissio cuiuslibet substantialis uicia. u. t. ff. de transacti. le. cum hu. §. si p. toret ar. de re. eorum. l. si pupillorum. §. si pretor et ad muni. l. constitutionibus licet ommissio leuissimum et substantialium non uiciet rem de qua agitur. ut ff. de uen. inspici. l. i. in fine. **N**ono queri potest si canonicus prebendam percepit de manu prioris qui non erat legitime institutus. an postea possit petere priorem ab administratione remoueri tanquam non legitime institutum. Et uidetur quod non iure cauetur quod si ego consequar legatum ab herede instituto in testamento quod poteram infringere per querelam uel contra

tabulas sciens me posse quod postea non possum rumpere testamentum quasi iuri meo renunciaisse uidear. ff. de inoffi. tes. l. si quis. §. si. et. l. nichil. et dele. p. bo. pope. l. si. §. omnibus. et de bo. liber. l. in secundum. §. si quis. per quod uidetur quod si canonicus sciebat priorem non canonice institutum et prebendam de manu sua percepit. percipiendo uidetur renunciaisse iuri suo dando institutionem eius minus canonicam. Contra uidetur quod nichilominus possit dicere priorem non canonice institutum et petere eum remoueri. quia si consequor legatum ab herede qui erat indignus ex eo quod defuncti necesse non uindicta. nichilominus possum postea eum dicere indignum et auferendam sibi hereditatem. ut ff. ad fil. l. p. et ar. ff. de pba. quidam. Item si consequatur legatum ab herede instituto in testamento falso uel minus sollemni nichilominus possum postea dicere testamentum falsum uel minus sollemne consequatur heredi hereditatem auferendam. ut ff. de his quibus ut indignis. l. post legatum. Sed ut ex premissis ar. soluitur questio quia si consequor legatum ab herede instituto in testamento quod poteram dicere in officiosum uel contra tab. rumpere. ideo excluditur quod pendebat ex officio meo rumpere uel non rumpere testamentum ut in primis. ar. sed ubi consequor ab herede indigno. uel quia institutus erat in testamento falso uel minus sollemne. ideo excludat quod ex facto meo non procedebat quod heres esset indignus. uel quod esset filius. uel non filius. Item quod testamentum esset falsum uel non falsum. sollemne uel non sollemne. ut in secdis. ar. sic ergo et in proposito dicendum est quod si defectus institutionis facte de priore non pendebat ex facto canonici percipientis prebendam de manu eius quod non impediatur canonicus institutionem minus canonicam dicere ut dicta. l. p. et. l. quidam et. l. post legatum. sed si defectus institutionis pendebat ex facto uel ex uoluntate canonici. tunc siquidem sciebat eum non canonice institutum uidetur renunciaisse iuri suo ut dicta. l. si pars. et. l. nichil. et. l. filium. §. omnibus



sed si ignorabat non uidetur renunclasse  
et ideo non excluditur ut .ff. de in ofi-  
tel. l. mater. §. ceterum. et. l. eum qui. 2.  
ar. ff. de acqui. here. l. nec is. §. heres. et  
l. si is apud que. §. petant. 2c. ¶ Decimo  
ante hec tempora dubitari consuevit si  
apostolice sedis legatus tempore legatio-  
nis sue reseruauerit in aliqua ecclesia be-  
neficium alicui conferendum. executores  
deputauerit. et postea finito legationis  
officio. beneficium uacauit. an executores  
possint beneficium taliter reseruatum ca-  
nonice conferre et consequenter possit p-  
eum cui confertur licite optineri. Et ui-  
debat qd non quasi auctoritas reserua-  
tionis exirasset. hoc ipso et legationis  
officium exirasset. ar. de test. mili. l. si  
certarum. §. si. et de iure codicil. l. confi-  
ciuntur. §. similes. ad le. fal. l. si post mis-  
sionem sicut in legibus illis facta militia  
expirat sic auctoritas confirmationis.  
codicilorum in militia facta. ¶ Item pro  
hoc erat efficax. ar. de iure. o. iu. l. eum q  
§. magistratus. E contra uidetur collatio-  
nem ualere. quia reseruatō collata erat  
in tempus quo uacare contingerit. et tō  
quandocq; postea uacare contingat trahi  
uidetur ad tempus reseruationis facte.  
quia si contraho sub conditione uel obli-  
gatione rem meam. uel disponendo de re-  
bus meis. instituendo heredem. uel sub  
conditōne legando. et postea quādocūq;  
existat conditio trahitur ad tps contrac-  
tus et dispositionis retro facte. ut. ff.  
de periculo. et co. rei uen. l. qd si penden-  
te. et qui po. in p. ha. l. si. §. tictus. et de  
test. mili. l. quod dicitur. sed per consti-  
tutionem nouam positam. §. de offi. leg.  
e. presenti. li. vi. hic dubitatio est remo-  
ta. quia reseruationis auctoritas expirat  
officio legationis finito. et ideo benefici-  
um qd postea ualeat non potest conferri  
canonice per executores nec licite obtine-  
ri. ad ar. contraria potest responderi qd  
loquitur in eo traheret et disponebat d-  
rebus suis. et ideo euentus conditōnis  
trahitur dispositionis legatus autem ni-  
hil iure habebat in uacaturis. et tō nichil  
ad rem. ¶ Dynus

**P**ossessor male fidei nullo  
tempore non prescribit.

¶ Premittendum est ad euentum istius  
regule. 2 ad intellectum quis dicat male  
fidei possessor qui prescribere non pot-  
et consequenter uidebitur quis sit bone  
et dei possessor qui prescribere non pot-  
quia per intelligentiam unius contrari-  
orum percipitur alterius intellectus. ut. ff.  
de accu. ser. l. qui accusare. et de his qui  
sunt sui uel ali. iur. l. i. circa principium.  
et de preto. sti. l. i. §. stipulationum. et in  
sti. de tuto. in prin. ¶ Male fidei autem  
possessor dicitur qui canonum uel scies  
interdictum mercatur. ut infra. eo. que  
contra ius. et. e. de agri. et cen. l. que ad  
modum in fi. l. xi. ¶ Item ille qui emit  
contradicente domino. ut. e. de rei uen.  
l. si fundum. nam qui spreta conditione  
ad emptiōem processit presumitur frau-  
dis participes esse et consequenter bona  
fidei carere. ut. ff. que in frau. cre. l. ait p-  
tor. §. si quis participes. et dele. pres. l.  
uirile. §. si adient. ¶ Item ille qui ad uen-  
dendum uenditorem induxit dolo dicit-  
ur male fidei possessor. e. de rescin. ut. l.  
si dolo. et. l. dolus. Item ille qui emit ab  
eo quem sciebat uendere non posse ut a  
pupillo siue tutoris auctoritate uel falso  
tutore quem sciebat tutorem non esse.  
ut. ff. de cotrahen. emp. l. quia a quolibz  
et de puber. l. quecūq;. §. qui a pupillo.  
¶ Bone fidei uero econtra dicitur qui  
fraud qualibet. et fraudis suspitione ca-  
ret. ut quia emit uel alio titulo accepit  
ab eo quem credebatur dominum esse. uel  
putauit eum qui uendidit ius uendendi  
habere quia credebatur esse tutorem uel p-  
curatorem domini. ff. de xbo. sig. l. bone  
fidei. ¶ Est ergo huius regule intellectus  
duplex et uterq; continet ueritatem. ¶  
¶ Primus dicit qd ille qui habuit malam fi-  
dem tempore possessionis inchoate et cō-  
tinuate nullo temporis tractu. seu tem-  
poris continuatione non prescribit. etiā  
si centum annis uel ultra possessionem cō-  
tinuaret. ¶ Secundus est intellectus qd  
si possessor tempore inchoate possessio-  
nis habuit bonam fidem et consequenter

prescriptionem inchoat. et postea tpe procedente superueniat mala fides. impeditur processus et effectus prescriptiois inchoate. et ideo illa uerba nullo tēpore determinare possunt precedentia et subsequenta. Nam scdm primum determinatur sequentia et subsequenta. l. uerbū prescribit. Secundum uero scdm determinabit precedentia. Sed op. scdm primum iure cauetur qd malefidei possessō prescribit saltem spacio. xxx. uel. xl. an. ut. e. de prescrip. xxx. annorum. l. cum l. omnes. Sed sciendum est qd hic legislator considerauit naturalem equitatem dispositioni diuine cōuenientem qua cauetur qd cum alterius iactura locupletari non decet. ¶ Ius uero ciuile considerauit rigorem ex contractibus hominum suadentibus aliquibus publicis utilitatibus procedentem. i. ut. dominia rerū non essent omni tempore indistincta siue incerta. ut. ff. de usuca. l. i. et propter facilitatem litibus imponendū ut. ff. p. solutio. l. si. nam ius ciuile. s. usuca. triēni que pcedit in rebus mobilibus. et in qua requiritur titulus et bona fides queritur dominium directum. ut. ff. de usuca. l. iii. de acqui. re. do. l. i. Item in prescrip. xii. uel. xx. an. que procedit in immobilibus. et in iuribus et in corporalibus. ut. e. de lo. tē. prescrip. l. si. et de usufr. l. corruptione. et de serui. et aqua. l. p. in qua requiritur similiter titulus et bona fides. queritur dominium utile. cuius occasioe datur utile in rem. etiam cōtra dominium habet directum. ut. e. de prescripti. xxx. annorum. l. si quis emptionis in pri. et ibi nō. Item prescriptio. xxx. an. et etiam. xl. si possidere bona fide inchoauerit quis queritur dominium utile si mala fide inchoauerit. queritur sola exceptio contra dominū. ut. dicta. l. si quis emptionis. ii. responso. Ideo quia malefidei possessor prescriptionem inchoatam superueniens nichil preiudicat in aliquo predictorum. e. de usuca. transfor. l. una. Ratio uero diuersitatis predictorum est quia in usuca. triēni. est inducta in fauorem possidentis tantum. et ideo per eam queritur dominū directū adeo qd nihil

iure remanet penes dominū primum qd ex eo patet qd lex dicit qd usuca. triēni queritur dominium ut dicta. l. iii. de usuca. et. e. de pactis. l. traditionibus. constat autem qd simplex domini appellatio ad directum refertur ut. ff. si agi. t. nec. uel. em. l. i. et ideo fauor iste ampliatur. ut infra. eo. c. odia. prescriptio autē. xxx. an. inducta est in odium negligentū tantum. non autem in fauorem malefidei possessorum quia ipsis nō fauent iura ut hic et. e. de agri. et cen. l. quemadmodum. et ideo odium illud restringitur ut deo. c. odia. et. l. cum quidam. In prescrip. autem. x. uel. xx. an. uersatur gratia fauorem possidentis quia bonam fidem habent. odium uero ex parte non petentis seu petere negligentis. et ideo in ea eligitur quedam media uia quia ex ea parte qua dicitur inducta in fauorem possessoris queritur utile dominium possessori ex ea uero qua dicitur inducta in odium negligentis facit directum dominū remanere penes ipsum negligentem ratione cuius agere posset actione in rem directa contra alium possessorem. sed non cōtra eum qui prescribit. ut dicta. l. si quis emptoris. et hec procedunt iuxta predictam regulam odia restringendam. et fauores conuenit ampliari. ¶ De iure uero canonico in usucapione triēni et prescrip. x. uel. xx. an. idem per omnia si bona fides fuerit continuata usq. ad finem extremi momenti. complete prescrip. sed si mala fides superuenierit. quando cūq. ante finem prescriptiois complete impeditur inchoate prescriptiois continuatio et hic uolunt dicere uerba regule prout illa uerba ullo tempore determinat precedentia. ¶ Item uidetur casus qd nec dominium nec exceptio queritur prescrip. x. uel. xx. uel. xl. an. uel. etiam centū. uel. etiam illo temporis spacio cum interuenit mala fides. et hoc intendit regula cum dicitur ullo tempore determinate sequentia et hic uera sunt in rebus laicorum. In rebus uero ecclesiarum. licet opinioes sunt. uidetur tamen qd res immobiles ecclesiarum prescribant a priuato. et ab a. ia ecclesia spacio. xl. an. tantum ut. s. de

prescrip. c. i. et. ii. et in auten. de nō al.  
 in emp. s. pro temporalibus. e. d. sacō  
 sanc. eccle. aut. quas actiones. ¶ Idem  
 in bonis uacantibus que deferunt ecclesi  
 is uel que fuerūt hereticorum uel alia cā  
 de qua habetur exemplū. e. de sacro s. a.  
 eccle. l. si. s. de prescrip. c. ii. l. vi. Et rō  
 est aperta. quia bona hereticorum ipso iu  
 re ex tempore delicti intelliguntur com  
 missa seu confiscata. licet occupari non  
 debeant anteq̄ sententia fuerit super cri  
 mine promulgata. ut. s. de hereticis. c. cū  
 scdm leges l. vi. ff. de iure fisci. l. i. s. cui  
 bona. et. l. imperator et. ff. de pupil. l. i.  
 et nec. l. an commissa. et. e. ad. l. iulianā  
 et. l. penult. in fi. et. e. ubi cause fisco. l.  
 i. ¶ Sed contra fiscum prescribitur mi  
 nori tempore quia si possideret cum ti  
 tulo p̄scribitur eo tempore quo prescri  
 beretur contra priuatum ut. ff. de usuc.  
 l. quamuis. Si sine titulo quidē uelit pos  
 sessor inchoare prescriptionē ex eo tpe  
 quo ceperunt uacare prescribit. xx. an  
 nis Sed si ex eo tempore quo fuerūt de  
 lata fisco prescribitur quatuor annis. ff.  
 de iure fil. l. i. s. diuus. et. s. prescriptio  
 et de diuer. prescrip. l. inter quatuor. et  
 l. in omnibus. e. de quadriē. prescrip. l.  
 i. et ibi nō. ¶ Res autem mobiles eccle  
 siarum usua. triēnio. cum hic reperiat̄  
 iure civili determinatum. ut dicto. s. p̄  
 temporalibus et autem. quas actiones nec  
 huius contrarium reperiat̄ inter cano  
 nicos determinatum. nisi aliquis disputā  
 do diceret q̄ uidetur caueri per consti  
 tutionem generalem que statuit simpli  
 citer quadraginta annorū in rebus ecclesi  
 arum Sed ad illud respōdetur q̄ statu  
 tum generale non derogat speciali. s. de  
 consti. c. i. l. vi. Sed qui sustinent oppi  
 nionem autēntice contrariā dicant. q̄  
 illud speciale et generale statuerentur eo  
 dem iure. hic autem generale uidetur ca  
 nonico. speciale de iure civili. quo casu nō  
 potest in aliquo derogare. Sed nichil est  
 quia in dicto. c. i. de consti. l. per summū  
 pontificem inducebatur constitutio ge  
 neralis et per alios consuetudo uel consti  
 tutio specialis et tunc specialis generalē d̄  
 rogat. Sed illud contingit per speciale p̄

misionem summi pontificis. alias lex gene  
 ralis superueniens tolleret specialem pre  
 cedentem. ut. ff. d. sepul. in. l. iii. s. diuus  
 Sed adhuc uidetur michi inherēdum pri  
 me oppinioni quia constitutio que loqui  
 tur indefinite non equipollet uniuersali.  
 quando non est eadem ratio et conditio  
 omnium particularium in uniuerso com  
 prehensorum ut ostensum est. s. in gl̄a  
 rubrice constat autem aliam esse rationē  
 et conditionem non mobiliū et aliam  
 mobiliū. Ergo constitutio prolata sim  
 pliciter reducatur ad distinctionē aut.  
 Romana uero ecclesia sola de iure comu  
 ni gaudet prescrip. c. an. ut. s. de prescri  
 pti. c. ii. l. v. et in autē. ut ecclesia roma.  
 colla. iii. ¶ Secundo opponitur quia uid  
 tur q̄ licet mala fides ab initio interueni  
 ens impediatur prescriptionē inchoari. nō  
 tamē tollat effectum inchoate quia que  
 ab initio aliquid fieri impediunt ex post  
 facto superuenientia non tollunt iam fa  
 ctum ut. i. e. factum legitime. ff. eo. l. in  
 ambiguis. s. non est nouū. ¶ Sed solutio  
 patet q̄ si factum est per factum casus  
 superueniens qui ab initio impediret. nō  
 tollit iam factum ut in predicta regula.  
 factum legitime. et in preal. s. non ē no  
 uum. sed ubi factum erat inchoatum. et  
 non perfectum casus superueniens. qui  
 ab initio impediret inchoari impedit etiā  
 perfici inchoatum ita loquitur hic. et pre  
 dicta solutio probatur. ff. de uerbo. ob.  
 l. si sub una. s. si quis fundum. et. l. pluri  
 bus. et. s. et si placeat de serui. le. pro p̄  
 te et de serui. rup. predi. l. uia. s. quecūq̄  
 et plene dicitur supra. e. factum p̄ qd̄ p̄  
 q̄ ius canonicum rectius procedit con  
 tra tractatum prescriptionum q̄ ius ciu  
 le scdm generales et comunes regulas. ¶  
 Tertio opponitur et uidetur q̄ quando  
 cūq̄ omni tempore interueniat bona fi  
 des prescriptio non possit procedere. cō  
 stat enim q̄ equitas naturalis scripta in  
 qua cautetur neminem cū alterius iactura  
 locupletari debere. ut. ff. eo. l. nature 2  
 de condi. inde. l. nam natura. et de insti.  
 l. si quis mancipium. s. proculus. cum ex  
 go rigor iuris prescriptionem inducens.  
etiam nec copulatiuam coniunctionem habent Natura copulatiue requirit omnia simul uera ut ff. de uerbo. ob. si quis ita et. l. si. et de condi. insti. l. si heredi plures Natura disiunctiue alterum tantum ut hic et ff. iudic. sol. l. cum querebatur et de condi. et demon. l. cum pupillus. §. i. Disiunctio soluta uero ex mente certe pronuntiantis aliquando equipollet copulatiue aliquando disiunctiue. ut ff. de uerbo. obli. l. si alienationis. §. si. Si de mente non apparet accipitur pro copulatiua ut dicta. l. triplici. §. uideamus. licet sit ar. contra. ff. de reg. iuris. l. in eo qd §. ut uerba Sed in §. uideamus considerant dubium significationis solute in §. ubi uerba considerant effectum significationis. ex eo qd in obscuris minimum est sequendum. §. e. c. in obscuris Est ergo soluta per se species orationis distincta a coniuncta et disiuncta Item aliter significatur quia copulatiua copulatiue. disiunctiua disiunctiue. soluta solute. Sed effectus significati n̄ distinguit a significato copulatiue qd requirit utrumq; uel disiunctiue que requirit alterum. quia semper effectus significationis solute representat utrumq; ut copulatiua. uel alterum tantum ut disiunctiua Habet igitur soluta disiunctam et propria speciem significandi sed non effectum significati extra seipsam. Idem.

**Q**VI ad agendum admittitur est ad excipiendum multo magis admittendus.

**S**icut superficies et emphiteota et quicumq; alius habes dominium utile possit agere contra dominum utili actione in rem ita si ab eo conueniatur multo magis excipere poterit ut hic et ff. de superficiebus. l. i. §. qd ait et de regu. iuris. l. inuitus. §. cui damus actionem. cum facili or sit causa concedendi exceptionem q̄ actionem. ex eo quia fauorabiliores sumus q̄ actores ut in regula iuris. et ex eo qd faciliores sumus ad absoluendum q̄ ad obligandum ut ff. de act. et obli. l. arriannus et d̄ penis. l. absentem **S**ed oppo-

nitur et uidetur qd qui admittitur ad agendum non audiatur uolens excipere. et de agri. et cen. l. si coloni et si per uim uel alio modo. l. i. et. l. si quis ad se fundum. et ad. l. iul. de iu. Sed dicendum est qd ille leges locum habent in iudiciis recuperande possessionis in quibus excipiens de dominio non auditur nisi primo possessionem restituat cum spoliatus ante omnia restitui oporteat Hec autem regula alias obtinet generaliter in quibuslibet iudiciis generalibus ut dictum est. §. in. c. dolo superfluum enim uidetur qd is qui possessorem spoliavit possit opponere de dominio quod spoliando amittere meruit ut et unde ui. l. si quis in tantam et propterea glossatores iuris civilis satis enormiter errasse uidentur in eo quod scribunt. ff. de iudic. l. si de ui ubi dicunt qd exceptio domini excludit interdictum recuperande possessionis et postea contrarium eius notauerunt. ff. de ui et uiar. l. i. §. i. et de uerborum signi. l. mulieris. §. i. et de usucapionibus. l. sequitur §. si dominus quod uidetur magis proximum ueritati Sed an is qui habet possessionem clandestinam possit contra actorem excipere d̄ iure domini dubitatio est. quia iura uidentur uelle qd uiolenta et clandestina equipollean Sicut ergo non licet habenti uiolentam excipere de dominio ut dictum est ita nec licet excipere habenti clandestinam ut ff. qd ui aut clam. l. i. §. i. et ad. l. falci de plag. l. eum qui fugitiuum Sed michi uidetur qd longe prohibet sic causa illius qui habet uiolentam q̄ illius qui habet clandestinam ar. ff. de fur. l. si uenictor §. cum raptor et ideo habens clandestinam possit excipere de iure domini ar. et de probat. l. iii. §. eius **I**tem uidetur obstare regula. et loca. et conduc. l. si quis conductionis ubi conductor cogitur restituere locatori possessionem licet conductor paratus sit probare se dominum Sed illud contingit quia quedam species spoliationis esset si locatori denegaretur possessionis restitutio ut ff. de precariis. l. ultri. et ideo non auditur conductor uolens se probare dominum nisi primo restituat possessionem

ut dicta. l. si per uim uel alio modo Item uidetur obstare regule illud quod legitur in auten. de trien. et se. §. illud quoque ubi ille qui negauit possidere cogitur in aduersarium possessorem transferre licet paratus sit probare se dominum Sed illud contingit in penam mendacii ut in e. ti. §. studium quoque ff. de rei uen. l. si e. de non numerata pecunia aut. contra q. propria et qui potiores in pignore habeantur auten. ita possessor. Queri autem potest utrum sententia lata in iudicio petitorio pariat exceptionem rei iudicate in iudicio possessorio et uidetur quod non potest quia separata est causa possessionis et proprietatis ut ff. de acquiren. possess. l. naturaliter. e. nichil et. l. penul. Unde qua ratione lata sententia in possessorio non pariat exceptionem rei iudicate in petitorio ff. de exceptione rei iudica. l. iii. et. l. an eadem §. ul. eadem ratione lata in petitorio parere non debet exceptio rei iudi. in possessorio et meminimus quod non ff. d. interdic. l. ii. §. quidam quod sententia lata in petitorio absorbet ius possessori et contrarium hic declaratur. e. de interdic. l. incerti Et propter hoc michi uidetur distinguendum esse quia si tale est possessorium quod excluditur per exceptionem domini ut est possessorium ad piscende et retinende possessionis tunc sententia lata in petitorio nocet in possessorio et ita intelligitur quod notatur in §. quedam sed si tale esset possessorium quod non excluditur per exceptionem domini ut possessorium recuperande possessionis ut supra ostensum est tunc lata in petitorio non preiudicat in possessorio et ita intelligitur quod notatur in l. incerti e. de interdictis. Idem.

**Q**ui per alium facit est perinde ac si faceret per seipsum.

**S**icut tutor tenetur directa actione tutelae quando administrat. sic et quando administrari mandat. quia qui facit per alium perinde est ac si faceret per seipsum ff. de admini. tu. §. ita transgressisse et. l. tres tutores §. non solum. Item sicut

tenetur interdicto unde ui qui deiecit per se ita si deiecit per alium ut ff. de ui et ui arma. l. i. §. deiecit et de rei. i. l. hoc iure §. qui deiecit. Item sicut tenetur l. cor. de sicca. qui occidit per se ita et qui occidit per alium e. de accusa. l. non ideo ff. ad sille. si percussor ar. ff. ad trebel. l. i. §. penult. Item sicut puniuntur tanquam calumniator qui per se detulit et non probauit ita et qui per alium ff. de iure fisci l. iii. §. diuus pius et. l. non tantum et ad idem potest in duci ff. de fideiuss. postulare cum infinitis similibus. Sed opponitur et uidetur quod longe aliud sit facere per se quam per alium ff. de solu. inter artifices Sed dicendum est quod ubi eligitur persona industria regula non procedit. e. de ca. luc. toll. §. ne autem et dicta. l. inter artifices Sed ubi non eligitur persona industria tunc procedit effectus regule. Item opponitur et uidetur impossibile esse factum per alium perinde haberi ac si fieret per seipsum quia iure cauetur quod etiam factum ab eodem diuersis temporibus representat identitatem eiusdem facti ut ff. de condi. inde. l. si non forte. §. libertus et in auten. de fide instrum. e. torum circa prin. Dicendum est quantum ad quantitatem et ueritatem impossibile esse factum unius diei factum alterius. Sed de quadam iuris interpretatione procedit quod factum unius alterius intelligatur ut ff. de duobus reis. l. nemo et notatur ff. de ui et ui arma. l. i. §. deiecit et §. quod dicitur Sed uidetur haec regula superuacua per illam que est posita s. in c. potest Sed non est si quis bene aduertat quia illa loquitur de potestate explicandi per alium ista uero de effectu explicati. Idem.

**F**actum legitime retractari non debet licet postea calus eueniat a quo non poterat inchoari.

**S**i homo sane mentis contrahat matrimonium licet postea fiat furiosus non propter hoc dissoluitur matrimonium iam contractum ut ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. l. patre furioso. Item si ho-

mo sane mentis fecerit testamentum licet fiat postea furiosus non uincatur testamentum. ff. de testamentis. l. is cui et de bon. possel. scdm tabu. l. i. §. sufficit. Et ad huius confirmationem accedit qd generaliter dici solet non tollit factum quod impedit faciendum ut. ff. e. l. quod in ambiguis §. non est nouum et de acqui. renda hereditate si seruum quis §. ultri.

**S**ad opponitur et uidetur qd illud quod impedit ab initio faciendum tollit iam factum. Quia si stipulor seruitutem ad partem fundi mei pertinentem pro indiuiso stipulatio nulla est. ¶ Item si stipulor ad totum fundum stipulatio tenet et si postea partem pro indiuiso alienez stipulatio corrumpitur ut. ff. de serui. p. parte et de uerborum obligationibus si sub una §. si quis uiam ergo illud quod impedit ab initio faciendum tollit iam factum. Item si tutela finita est non habet locuz accusatio de suspecto ff. de susp. tuto. l. iii. §. queri potest adeo qd si proposita accusatione suspecti tutela finitur expirat accusatio de suspecto ff. de suspect. tu. post finitam. ¶ Item preiudicialis actio de partu agnoscendo non habet locuz mortuo patre uel auo cuius filium uel nepotem quis se esse contendit adeo qd si preiudicialis proponatur contra patrem si moritur pariter expirat iudicium inchoatum in accusatione preiudicali ut. ff. de libe. agnoscen. l. iii. §. quia plautianum in uerbo adeo per que omnia patet qd casus impediens ab initio tollit iam factum superueniens expost facto. Sed dicendum est qd factum erat inchoatum et non perfectum et tunc colligitur pereum casum qui impediret inchoari ut si stipulatus sum seruitutem predio meo et anteq constituatur alieno totum predium uel parte eius pro indiuiso corrumpitur stipulatio ut dicta. l. si sub una et dicta. l. pro parte et de custo. reorum. l. ii. et ff. ut in pos. le. l. si pecunie §. qui fideicomissum et de adulte. l. si maritus et §. sin autem et ad idem tendit dicta. l. post finitam et de suspect. tut. et dicta. l. iii. §. quia plautianum de libe. agnoscen. et de his que pro no scrip. ha. l. si metallum Sed si

factum iam erat perfectum et legitime confirmatum ut quia seruitus promissa erat iam constituta testamentum inchoatum erat iam perfectum et matrimonium erat iam per consensum contractum et similia tuc casus superueniens qui impediret ab initio inchoari non tollit iam factum et ita loquitur regula. ff. e. in ambiguis §. i. et de ritu nup. si qua et de seruitu. ur. predi. uia. §. quacunq et de uerborum obligationibus. l. pluribus §. et si placeat. Unde sunt ar. qd si post inquisitionem per officium inchoatam et ante sententiam superueniat ordinarius accusator inquisitio quiescat. Sed si superueniat post sententiam non tollatur effectus inquisitionis facte nisi probaretur preuaricatum processu. ff. d. preuarica. l. preuaricationis et de liber. ho. exhibe. l. iii. §. si tamen postea et de accusa. sicut §. facte et dicta. l. si maritus preuenient §. sin autem. Sed contra predictam solutionem uidetur insti. dele. §. ex contrario ff. ad. l. fal. l. sub legati ut si lego debitum pure creditori non ualet legatum. Sed si lego debitum in diem bene ualet legatum adeo qd si dies ueniat testatore uiuente legatum non uincatur. Sed dicendum est qd aut superuenit casus an illa communis et tunc habet locum predicta distinctio. Aut superuenit casus ad eundem effectum tendens et tunc alium tendentem ad eundem effectum qd inuenit secum concurrere patitur ut in dicta. l. in insti. dele. §. ex contrario et. l. illa ut h. legati ad. l. fal. Idem.

**Q**uod alicui gratiose concedit trahi non debet ab alius in exemplum

**S**i summus pontifex concessit alicui de gratia speciali qd posset habere plura beneficia cum cura uel qd posset per procuratorem uisitationem facere uel percipere integraliter fructus beneficiorum suorum absq eo qd in ecclesiis resideret hoc no debet trahi ab alius in exemplum. Sed ius coe seruari quod est per omnia contrarium supra dictis. ¶ Item si concessit alicui qd non teneatur subire munera

publica uel soluere decimas quia forte in  
 aliqua re prospere gesta uirtuose se habu  
 it hoc similiter trahi non debet ab aliis in  
 exemplum sed ius commune seruari et  
 hoc est quod uult dicere regula et proba  
 tur ff. de consti. prin. l. i. x. plane ex his  
 et. e. de decurionibus. l. nec dorothuz  
 et. l. nullus l. x. et de episcopis et clericis  
 l. quoniam uenerabilis Sed etiam uide  
 t̄ q̄ ea que certe persone ascribuntur cō  
 stituant ius commune. ut. e. de nouo  
 co. compo. l. i. §. nullaq̄ dubietate Di  
 cendum est q̄ aut rescribitur alicui per  
 sone uel uniuersitati concedendo bene  
 ficium sp̄ale. et tunc non debet trahi ab  
 aliis in exemplum et ita loquitur regula  
 et lex superius allega. et probatur. e. de  
 legi. l. leges ut generales in fi. Aut rescri  
 bitur constituendo ius commune et tūc  
 certe p̄sone exp̄sio nichil operat̄ quia  
 iura non in singulas personas sed genera  
 ter constituuntur ut in dicta. l. i. §. nulla  
 e. de nouo co. compo. et. ff. deleg. et se.  
 consul. l. iura. Idem.

**F**rustra sibi fidem quis postulat ab  
 eo seruari qui fidem a se prestitam  
 seruare recusat.

**S**i duo fratres habentes domos com  
 munes inuicem conueniunt de non alienā  
 do sub certa pena. et unus eorum aliena  
 uit et uult q̄ alter ab alienatione abstine  
 at non auditur. quia frustra sibi fidem  
 postulat a me seruari qui fidem seruire re  
 cusat. ut. ff. e. cum par. §. ille et deleg. ii.  
 cum pater. §. libertus **I**tem si locauit  
 alicui domum pro pensione certa et pro  
 missum nunquam expellere sub certa  
 pena. et cum expello quia pensionem non  
 soluit non potero conueniri ad penam.  
 quia frustra sibi postulat a me fidem ser  
 uari qui fidem seruare recusat. ff. locum  
 quero. §. inter locatorem et quia genera  
 le est q̄ non seruanti fidem non debet fi  
 des de necessitate seruari ut. ff. de inof  
 ficioso t̄tamento si instituta in prin.  
 e. de pactis cum proponat et de transac.  
 si diuersa et. l. si quis maior **S**ed con  
 tra regulam uidetur. ff. de actio. empti

et uenditi. l. iulianus §. si quis a pupillo.  
 ubi pupillus ueniens sine tutoris aucto  
 ritate non seruat nec seruare cogitur fi  
 dem emptori et tamen emptor cogitur  
 pupillo seruare fidem Sed regula locum  
 habet ubi eadem est equalis per omnia  
 personarum contrahentium conditio In  
 contrario uero non erat equalis et pote  
 rat imputari emptori quia si sciebat uel  
 scire debebat pupillum contrahendo non  
 posse sine tutoris auctoritate obligari  
 ut de contrahenda empt. qui a quolibet  
 et de acquiren. heredi. l. more et ideo ra  
 tione illius culpe tenetur et ipse pupillo  
 et pupillus non sibi alias autem ubi culpa  
 non posset sibi imputari quia contraxit  
 set cum tutoris auctoritate sicut pupil  
 lo subueniretur per restitutionem in in  
 tegrum nec teneretur per restitutionem  
 seruare fidem emptori ita uirtute eius  
 dem restitutionis subueniretur emptori  
 ut non teneatur fidem seruare pupillo  
 e. de repu. que fi. in iudicio in integrum  
 l. unica et si aduersus credi. l. i. et. ii. Idē

**D**elictum persone non debet in dam  
 num ecclesie redundare

**S**i abbas uel monachus uel alius cleri  
 cus delinquat iniuriam faciendo uel dan  
 num dando uel alicuius possessionem uio  
 lenter occupando ecclesia non tenetur  
 quia delictum persone nō debet in dam  
 num ecclesie redundare Nam qua ratio  
 ne delictum tutoris non obligat pupillum  
 ff. de regulis iuris. l. nec et de tab. exhi  
 ben. l. penulti. eadem ratione delictum  
 clerici uel prelati non debet ecclesiam ob  
 ligare cum pupillus et ecclesia parificen  
 tur ex una parte. et eorum administrato  
 res parificentur ex altera ut. e. de episco  
 pis et clericis. l. orphano t̄fos Sed oc  
 casione predictę parificationis opponi  
 tur. quia iure cauetur de dolo tutoris  
 ff. nec ius fiat ei qui in possessi. l. i. §. hoc  
 edicto et de peculio. l. si una. §. si dolo et  
 d. tribu. l. iii. §. i. et de admistra. tutor. l.  
 finali Dicendum est q̄ si ex dolo prelati  
 uel alterius clerici peruenit aliquid ad ec  
 clesiam eatenus teneatur ecclesia sicut te

natur pupillus de eo quod ad se peruenit ex delicto tutoris ut in l. preallegata. si cut pater tenetur ex delicto filii et dominus ex delicto serui quatenus ad se peruenit. ff. de ui et ui arma. l. i. §. quod igitur et. §. si quis tamen et. §. si filius et de psculio. l. iii. §. si ecclesia et sic tenetur uniuersitas quatenus ad se peruenit ex delicto alicuius qui uniuersitati preest ut ff. de ui et ui arma. l. si in me et. ff. de dolo si ex dolo. §. sed an municipes. Tunc enim ecclesia non uidetur pati damnum cum de suo non soluat sed quod ad eam peruenit restituat. et damnum dicitur a patrimonio diminutione. ff. de damno in facto. l. iii. **I**tem opponitur et uidetur qd delictum persone debeat in damnum ecclesie redundare. quia propter delictu persone confiscatur nauis ecclesie ut. e. de sacro sanct. eccle. l. iubemus nullam. sed dici solet communiter qd delictum commissum a prelato et collegio scilicet communicato concilio redundare posset in damnum ecclesie ut dicta. l. iubemus. delictum uero prelati tantum seu alicuius seu aliquorum de collegio ecclesie non p iudicat. et ita loquitur regula. Idem.

**A**ctioni congruit ut succedat in onere qui substituitur in honore.

**H**ec regula pertinet ad materiam regule precedentis. s. e. c. qui sentit. licet enim conuerso modo loquatur ad eundem tendit effectum et proprie poni potest exemplum in substituto in honore id est in hereditate que honor appellatur. ff. de leg. prestan. l. filium §. si a legato et propterea succedit in onere scilicet legatorum que relicta ab instituto uidentur legis potestate tacite repetita a substituto ut. ff. deleg. i. l. imperator et. ff. de leg. ii. si ticio et meuno §. iulianus et. l. cu pater §. ab instituto **S**ed opponitur et uidetur qd substitutus in honore non succedit in onere quia iure caretur qd si heredi instituto sub conditione simpliciter substituat alius bonus conditionis in persona instituti adiectum non uidetur in personam substituti repetitum

ff. de heredi. insti. sub conditione Sed ibi grauabatur in onere conditionis noue que in persona instituti non erat et ideo ibi conditio institutionis non uidetur in substitutione repetita ut. ff. delega. i. licet **I**tem opponitur et uidetur qd substitutus in onere hereditatis non succedat in onere legatorum ut dicta. l. licet deleg. i. Et ideo distingui oportet. quia aut legata repetuntur uerbis testatoris expressis aut non Si uerbis testatoris expressis aut cum eisdem diei uel conditionis adiectione. aut simpliciter Si cum eiusdem diei uel conditionis adiectione legatum redderet inutile ut. ff. delega. i. si quis a filio circa principium. Si simpliciter deberetur non expectata conditione uel die que in personam instituti fuerat adiecta ut dicta. l. si quis a filio et. l. si cui §. si a filio Si uero n. repetunt uerbis expressis tunc legis potestate tacite repetita intelliguntur cum eadem semper conditione et die ut deleg. ii. cum pater §. ab instituto nisi talis esset conditio que redderet legatum inutile ut. ff. de uerborum obliga. l. ticia. §. idem respondit et de fideicom. liber. l. uli. et hec uera sunt in onere persone non coherentem In eo enim qd persone coherent non succedit qui substituitur in onere ut. ff. de adimen. leg. l. legati sub conditione et de conditionibus et demonstrationibus legatum et de alimen. leg. l. gaus in principio. Idem

**N**argumentum trahi nequeunt que propter necessitatem aliquando sunt concessa

**P**ropter necessitatem famis concessum est patri uendere filium et ideo non debet in argumentum trahi ut in alia causa filium uendere liceat. e. de patribus qui fili. distra. l. i. et. ii. **I**tem propter necessitatem permissum est qd fiat alienatio rei sacre scilicet pro redimen. captiuis e. de sacrosanct. eccle. l. sanctimus et ideo non debet in argumentum trahi que enim contra ius commune conceduntur non debent ad consequentiam trahi

s. e. q. alicui. ff. e. quod contra et. ff. de  
 leg. le. consul. l. quod uero et. l. in his et  
 l. ius singulare. Sed si ea dem ratio necessi-  
 tatis uel maior subest. an ea que propter  
 necessitatem recepta sunt licebit in ar-  
 gumentum trahi uidetur q. non ut hic  
 et. ff. e. quod contra et dele. quod uero  
 E contra uidetur q. sic quia ea que conue-  
 niunt in idemptitate rationis non debent  
 seperari secundum constitutionem iuris  
 ut. ff. de funde. l. una §. hoc interdictus  
 et de iniusto testamento. l. postumi. Cir-  
 ca hoc: glosatores iuris civilis uariant. nam  
 ff. e. quapropter determinant q. non li-  
 cet in argumentum trahere ubi eadem ra-  
 tio necessitatis uel maior subest. Sed. e.  
 de patribus qui filios distra. determina-  
 nt q. non liceat in argumentum trahere  
 et ubi est eadem ratio necessitatis uel  
 maior subest. Sed credendum est q. no-  
 minatim non reperitur prohibitum ad con-  
 sequentiam trahi q. trahere liceat ubi ea-  
 dem uel maior causa necessitatis subest  
 cum ea que conueniunt in idemptitate ra-  
 tionis non debeant seperari secundum  
 constitutionem iuris ut dictum est in. l.  
 ii. de p. q. si. distra. restringit excessioz  
 cum dicit in hoc tantummodo casu re et  
 ideo non licet trahere in argumentum li-  
 cet similis causa subesse reperitur. quia  
 reperitur expressa prohibitio in contra-  
 rium. uel que expresse equipollet. Idem.

**N**emo potest plus iuris transferre.  
 in alium q. sibi competere dinoscatur

**S**i uendo tibi et ex causa uenditionis  
 trado rem aliquam illud iuris quod erat  
 penes me uenditorem transit in te emp-  
 torem unde si etiam directe dominus di-  
 rectum dominium transfertur in empto-  
 rem si utiliter utile dominium transfer-  
 tur in emptorem. ff. de act. emp. et uen-  
 l. exempto in prin. **I**tem si erat libera  
 penes me uenditorem transibit libera ad  
 emptorem. **I**tem si seruitutem debet  
 cum seruitute transibit. **I**tem si erat alii  
 obligatus et poterat a me per ipoteca-  
 riam aduocari cum eadez obligatione et  
 possibilitate aduocationis transibit quia

res transit cum sua causa id est cum suis  
 oneribus. ff. de acquiren. rer. do. l. tradi-  
 tio et de contraben. emp. alienatio et. e.  
 rem alte. gerere. l. i. et. e. si sine cen. uel re.  
 l. ii. **S**ed opponitur et uidetur q. ali-  
 ud iuris sit penes traditorem et aliud pe-  
 nes eum cui fit traditio. Constat enim re  
 pupilli in usufructibilem esse. ff. de acqui-  
 re. do. l. bone fidei. et tamen si legitime  
 uandat alii et tradit incipit esse usufructi-  
 bilis ut pro empto. l. ii. §. si a pupillo. ff.  
**S**ed dicendum est q. priuilegiuz persone  
 ad quam pertinebat dominium reddebat  
 eam usufructibilem et ideo persona domi-  
 ni mutata mutatur conditio rei uendite  
 ut. ff. de acquiren. here. paulus respodit  
 §. i. et de colla. bono. l. i. §. si is q. bona et  
 de publiciana. l. licitatio. §. ulti. **I**tem  
 opponitur et uidetur q. traditio transfe-  
 rat illud quod non est penes tradentem  
 Constat enim q. si ab eo dominium rei  
 q. non habeo usufruct. cum res sua re-  
 mini possit seruitutem debere si usufr-  
 pe. l. uti fruet de seruitu. ur. predi. l. in  
 re comuni et tamen possum constitue-  
 re alii seruitutem usufructus. ff. de usu-  
 fruct. quod nostrum. sed ibi non trans-  
 fertur plus sed per constitutionem uari-  
 atur species seruitutis. Fallit autem hec  
 regula in tutore uel curatore. **I**tem in p-  
 curatore iudice executore creditore in  
 male fidei uenditore. **I**tem in consitore  
**I**tem in flumine in libertatis datione et  
 in imperatore. in augusta. de quibus late  
 notari solet. ff. de acquiren. re. do. l. tra-  
 ditio et de regu. iuris. l. nemo plus et in  
 insti. qd. ali. licet circa prin. et ideo sup-  
 uacuum foret hoc scribere. Idem

**I**n toto partem non est dubium  
 contineri

**E**t materia huius regule tractatum est  
 s. e. c. plus sed nichilominus ex habunda-  
 ti dicendum est q. qui absoluitur a peti-  
 tione totius fundi intelligitur absolutus  
 a qualibet eius parte cum in toto pars co-  
 tineatur. ff. de except. rei iudi. l. si quis  
 cum totum. **Q**d autem regula falsa sit  
 posset sic ostendi quia iure cauetur q. in

actu contineatur iter ff. de seruitu. rus. predi. l. actus et insti. de seruitu. §. actus et tamen qui absolutur ab actu non uideatur absolutus ab itinere quod est pars actus nec econtra ut ff. de exceptio. rei iudi. l. si mater et ibi notatur. **I**tem ga iure cauetur quod si testator legat actus et postea adimatur iter ademptio est inutilis quia non uidetur ademisse totum uel partem eius quod legauit ff. de adimen. lega. l. i. ergo patet quod in toto non contineatur pars. Dicendum est quod iter dupliciter sumitur. Nam uno modo sumitur pro distincta specie seruitutis et sic eo modo sumpta non est pars actus immo species seruitutis actui opposita et coequa ut ff. si seruitus uendi. loci corpus. §. i. et dicta. l. i. de adimen. lega. Alio modo sumitur iter pro comoditate eundi et hoc modo sumptum habet se ad actum sicut pars ad totum quia est pars subiectiua ad actum et actus est totum potestate ad iter quia sui potestate iter comprehendit et in hac significatione sumitur ff. de seruitu. rus. predi. l. i. §. actus et de uerbo. obli. l. qui usum fr. et de noua. l. si pupillus §. ultri. Idem.

**I**n generali concessione non ueniunt que quis non esset in specie uersimiliter concessurus

**E**xemplum ponit potest in generali ut cario episcopi qui conferre non potest beneficia nisi super hoc mandatum habeat speciale ut s. de offi. uica. c. cum in generali coel. **R**atio autem est quia non est uersimile quod episcopus foret specialiter concessurus beneficiorum collatione et hec eadem generalitas confirmatur s. de peni. et remiss. c. ii. et de iureiur. c. i. et de procurat. c. qui ad agendum. l. vi.

**I**tem patet exemplum quia iure cauetur quod si pater concedat filio generalem et liberam administrationem peculii non uidetur concedere quod donet cum non sit uersimile quod foret specialiter donare concessurus ff. de dona. filius fa. **I**tem si pater concedit filio liberam administrationem peculii non uidetur concedere quod

aitenet in fraudem creditorum quia non est uersimile quod illud fuisset specialiter concessurus ut ff. que in fraudem creditorum si pater filio. **I**tem si dominus concedat filio administrationem peculii committere non uidetur generaliter ea que non erat specialiter concessurus ff. qui peculii. **S**ed opponitur et uidetur quod omnia reducantur in generali concessione cum illud operetur generale quantum ad omnia quantum speciale operatur in qualibet specie ut ff. de admini. tu. l. si duo et deleg. iii. si corpus in princi. et de usu et habi. l. si ita. §. de quadri. prescrip. l. ii. et de prescrip. xxx. annorum. l. omnes. Sed illud in his que uersimiliter erat in specie concessurus ad alia uero non trahitur concessio generalis quia derogatur ei per presumptionem contrariam ut hic et in c. et in l. supradictis. **I**dem

**Q**ui contra iura mercatur bonam fidem non presumitur habere

**Q**ui emit a pupillo sciens illum pupillum esse sine tutoris auctoritate presumitur male fidei quia contra iura mercatur et ideo si prescribitur de auct. presta. l. eum qui et de usucapionibus p. empt. l. ulet. et ff. de contrahē. emp. qui a quolibet. **I**tem qui emit a prelato bona ecclesie non seruata sollemnitate que de iure seruari debet ut in. c. sine exceptione. xii. q. ii. et in auten. hoc ius porrectum contra iura mercatur et ideo presumitur non habere bonam fidem. **I**tem qui emit ascripticiū sine gleba contra legum interdicta mercatur et ideo nullus eum ambigit male fidei possessorem et ideo nullo temporis spacio prescribitur. §. de agri. et cen. quemadmodum in finē et s. eo. c. possessor. **R**atio autem est quia aut emptor sciebat prohibitionem iuris aut ignorabat. Si sciebat planum est quia mala fides aperte concluditur in ipso. Si ignorabat est male fidei presumptione iuris cum in iure errauerit. ff. de usucapio. l. si fur. **S**ed opponitur quia semper presumitur bona fides si abesse non probatur. §. de prescrip. lon. tempo. l. penul. ar. ff.

de fideicom. lib. l. si eum. §. ex iniuria et  
de admini. tu. hoc autem et de probatio.  
l. uerius et deleg. ii. l. si eum ita legatur. §.  
species Sed dicendum est qd aut allegat  
ignorantia facti aut iuris Si facti tunc  
presumitur bona fides quia iuris presump  
tio allegationi non resistit ut s. eo. c. pre  
sumitur et in. l. prealleg. Sed si allegatur  
ignorantia iuris tunc presumitur mala fi  
des ut hic quia presumptio iuris allegati  
oni resistit. ut. s. eo. ignorantia et. ff. pro  
emptore. l. ii. §. si a pupillo et. §. si a furi  
oso et. e. de lega. l. leges sacratissime et  
de iuris et facti ignorantia. l. constitutio  
nes. Idem.

**B**ona fides non patitur ut semel ex  
actum iterum exigatur

**H**oc intelligendum est qd non exigat  
scilicet ab eodem uel ab eo uel qui ab exa  
cto causam habet uel contra exactum est  
habiturus regressum Sed aduersus pro  
fus potest bis idem exigi ut patebit in  
solutione contrariorum Exemplum au  
tem poni potest sic si testator legat mi  
hi centum sub conditione et pendente  
conditione egi contra heredem interdic  
to exhibe et quia non exhibuit con  
demnatus fuit ad interesse meum id est  
ad solutionem legati et postea existente  
conditione uolo agere ex testamento et  
iterum peto legatum non suz audiendus  
quia bona fides non patitur ac ut hic et  
ff. e. bona fides et de tabu. exhiben. l. lo  
cum. §. condemnatio Sed opponitur  
et uidetur qd semel exactum iterum exi  
gatur quia si egi contra eum qui dolo de  
sit possidere et secutus sum extimatio  
nem nichilominus possum agere contra  
possessorem ad rem ut. ff. de here. peti.  
l. nec uillam. §. item si quis et de solu. sti  
chum. ii. §. dolo Sed dicunt aut petitur  
ab eodem a quo fuit exactus. aut ab alio  
Si ab eodem locum habet regula. si ab alio  
locum habent contraria ut probari uide  
tur in dicta. l. locum. §. condemnatio sed  
hec solutio non est sufficiens quia iure ca  
uetur qd semel exactum non possum ite  
rum exigere etiam ab alio ut. ff. si fa. fur.

fe. dicatur. l. quotiens et de rebus eoz  
qui sunt sub tu. l. illicite et de re. u. si  
quis dolo §. si quis debitorem Et ideo ui  
detur dicendum qd si peto ab eodem non  
audior Sed si peto ab alio si quidem non  
est habiturus regressum contra alium tunc  
audior ut dicta. l. nec uillam. §. item si quis  
et. l. Stichum. §. dolo et. l. locum. §. con  
demnatio **I**tem opponitur et uidetur  
qd etiam ab eodem possit iterum exigi  
ut. ff. de noua. l. fundum corne. Sed ibi  
erant solutiones diuerse et de diuersis co  
tractibus originem sumentes et ideo exa  
ctio unius non impeditur per exactioem  
alterius ut quando omnes cause essent lu  
cratiue tunc enim exactioe facta ex una  
impediretur exactio ex altera ut. ff. de  
acti. et obli. l. omnes et deleg. ii. l. meuius  
§. duorum Preterea in. l. fundus una obli  
gatio contracta erat super fundo alia su  
per exterminatione fundi Vnde cum non  
super eodem sed super diuersis pcedat  
duplex exactio sequitur qd ad regulam  
non pertinet. Idem

**Q**uod quid una uia prohibetur alicui  
ad id alia non debet admitti

**I**stius regule exemplum proprie ponit  
tur s. de cleri. coniuga. c. i. l. vi. poni etiam  
potest sicut cauetur. ff. de tu. et cu. da.  
ab his. l. scire oportet §. si mater nam si  
pater prohibetur administrare tanquam  
pater nec poterit nec debet administra  
re tanquam curator ut non alia uia quod uo  
luit testatrix faciat. Item qui prohibetur  
ad successionem uocari de iure civili non  
admittitur per aliam uiam. i. de iure p  
torio. ff. de bono. poss. contra tabu. l. ii.  
§. liberiet. l. si post mortem. §. exhereda  
ti Sed opponitur et uidetur qd eman  
cipatur qui prohibetur succedere de iure ci  
uili uocatur de iure pretorio. ff. de bo  
po. l. sed cum patrono §. bonorum Item  
si legatum relinquatur patri et rogatur  
filium emancipare licet filius prohibetur  
emancipationem petere una uia. i. l. iuris  
actio. ex testamento tamen admittitur  
alia id est per officium iudicis ut. ff. de  
condi. et demon. l. si cui **I**tem si alicui



duplīcī iure deferatur hereditas licet uno iure succedere prohibeatur nichilominus admittitur alio ut. ff. de regu. iuris. l. qd̄ duplīcī et. e. de iure deli. l. suum heredez

**I**tem filius exclusus p̄ unde libe. uocatur ab unde legitimi. et exclusus unde legitimi uocatur per unde cognati. ff. de suo. edic. l. i. §. sed uidendum **I**tem repudians ex testamēto succedere potest ab intestato si erat de numero eorum q̄ uocantur ab intestato ut. ff. de acquire. heredi. l. nec is §. i. per que omnia uide ē concludi posse regulam esse falsam Sed dici potest q̄ regula locum habet ubi uis resistit in odium prohibentis sed ubi asistit propter alium contingentem defectum habent locum contraria. Idem.

**C**ontractus ex conuentione legem accipere dinoscuntur

**E**nā quorū dā contractū ē q̄ debeat tantum dolus et lata culpa ut in deposito et precario In deposito ideo quia eius reuocatio dependet in uoluntate deponentis tantum In precario ideo quia eius reuocatio pendet ex libera uoluntate concedentis solum ut. ff. de depositi. l. i. §. ult. et. l. q̄ nerua et de preca. l. i. et. l. questum §. illd̄ et. l. cum precario **I**tem d̄ natura quoruadā est q̄ debeat dolus lata culpa et leuis ut in omnibus contractibus qui celebrantur gratia utriusq̄ et in quibus non licet uni altero inuito a contractu discedere ut in emptione. uenditione. conductione. dotis donatione et societate et similibus ut. ff. de lega. i. l. si seruus legatus §. cum quid et como si ut certo §. nunc uidendum et de regu. iuris. l. contractus Quidam uero sunt in quibus debetur de natura contractus culpa leuissima ut in mādato propter tacitam assertionem industrie suscipientis mandatum cum procurator propter solam industriam eligatur ut. e. manda. l. a procuratore et idem in comodato concessio gratia comodotari tantum quia tenetur de culpa leuissima ut dicta. l. si ut certo §. comoda. Casus autem fortuitus de natura nullius contractus ex quo debet

species certa prestatur ut in dicta. l. contractus in fine In contractu autem mutui tenetur de casu nō propter naturam contractus nam celebratur grā utriusq̄ sed propter naturam debiti est enim in genere debitum quod perire non potest e. si certu n̄ petā. l. incendium. ff. de act. et ob. l. i. §. is quoq̄ et ad. l. fal. l. in ratione. §. incerte autem Si ergo in contractu depositi in quo de natura contractus debetur dolus et lata culpa conueniat inter deponentem et depositarium q̄ depositarius teneatur de leui culpa et leuissima pactum ualeat Item si in contractu in quo debetur leuis conueniat q̄ debeat leuissima pactum ualeat quia cōtractus ex conuentione et q̄ debeat leuissima pactum ualeat quia contractus ex conuentione legem accipiunt. ff. de depositi. l. i. §. si conuenient et §. sepe euenit Item ecōtra si in contractu in quo debetur dolus et lata culpa et leuis conueniat ut prestetur dolus tantum conuentione u3 ut dicta. l. contractus nisi in dote ut. ff. de pac. do. l. conuenire et. l. pomp. An autem ualeat pactum quod aliquis ex casu teneatur extra naturam contractus Dicendum est q̄ si culpa deprehendi potest que uideat̄ precedere casum uel mixtā cum casu q̄ pactum habeat effectum. quia tenetur etiam sine pacto ff. de act. et ob. l. i. §. is uero et como. l. in rebus §. qd̄ autem et ar. ff. de damno infec. l. fluminum §. seruus et §. idem ap̄. Sed ubi culpa deprehendi non potest tunc comunit̄ dicit̄ q̄ pactum generale non operatur. specialē uero effectum habet **I**tem si quidam casus speciales exprimentur et general' subicitur clausula ualeat pactum et extēditur ad omnes casus in conuentione non expressos ut plene determinari solet. ff. si quis cautiōibus. l. si aliquis §. questitū et est ar. s. h. l. de procur. c. qui ad agendum Queri autem solet. an pactum q̄ dolus non prestetur ualeat de iure uel nō Et rō plana est quia expressum pactum de dolo futuro remittendo inutile est tacitum tamen ualeat. ff. de pact. l. si unus §. illud et. l. iurigentium. e. sed et figs.

**Q**uod annuum quod quis sua culpa sentit sibi debet et non alii imputari.

**S**i procurator sua culpa condemnat et penam soluat sibi debet imputari non autem domino cuius est procurator. ff. de procura. l. qui proprio. §. procurator. Item si procurator uel gestor negotiorum indebitum soluit sibi imputari debet non autem domino cuius administrationem gerebat. ff. de nego. gest. l. si quis negotia. Item si unus sociorum condemnatus fuerit propter delictum suum non poterit penam propter delictum solutam societati imputari quia propter culpam suam sibi potius imputari debuit quam alii. ff. pro socio. l. cum duobus. §. ulti. et. l. sequenti. Et ad istius regule generalis confirmationem accedit. ff. rem ratam haberi. l. si sine. §. cum autem et de insti. l. sed et si quis. §. pupillus et famil. herc. l. inter eos heredes. §. quo ex facto. **S**ed opponitur et uidetur quod quis possit imputare alii damnum quod sua culpa sentit. ff. pro socio. l. si igitur. Sed dicendum est quod aut alii potest imputari culpa participationis causa propter quam damnum incurritur aut non. si potest imputari tunc habet locum quod dicitur in. l. si igitur in fine. si non potest imputari tunc procedit quod continetur in regula et. l. supradictis.

**I**nfamibus porte non pateant dignitatum

**I**nfamia reperitur duplex. una iuris et altera facti. Infamia iuris appellatur illa que irrogatur per sententiam in casibus illis in quibus iure cauetur condemnatus esse infamem ut patet in eo qui furti. u. bo. rap. iniuriarum de dolo malo damnatus pactus uenerit in aliis casibus qui enumerantur. ff. de his qui notan. infa. l. i. Infamia uero facti appellatur que generat opinionem apud bonos et graues et illa contingit multipliciter uel quia damnatur quis actione ex delicto descendente quod infamiam iuris non irrogat ut in conditione furtiua quam certum est in famiam iuris non irrogare. ff. de acti. et

obi. l. cessat. Item in interdico unde ui quod similiter non irrogat infamiam iuris ff. de ui et ui arma. l. nec tamen grauat opinionem apud bonos et graues ut. ff. de oblegis. l. honoris et. l. parens et. l. licet. Item si pater in testamento filium increpauit uel iudex interloquendo diceret alii quem male uite. et de his qui notan. in famia. l. interlocutio et. l. uerbis. Item quia si aliquis qui turpiter uiuat propter turpitudinem uite ab honestorum cetu segregatur ut. et de dignita. l. u. et de qualibet predictarum infamiarum loquitur regula quia non debent in dignitatibus honores infames quacumque infamie specie cum hominibus integre fame participare. et de decurionibus. l. infamia et. l. nequis et de infamibus. l. infames persone. l. x. et de postul. l. i. §. ait pretor et. ff. de iudic. l. cum pretor §. non autem et ad. l. iul. de ui. priua. l. i. et dicta. l. ii. et de dignit. l. xii. adeo quod non solum impedit predicta infamia sed etiam facit a dignitate habitata remoueri et de decurionibus. l. infamia. l. x. et de dignit. l. iudices. l. xii. **S**ed obstat uidetur regule. ff. de muneri. et hone. l. reus delatus. Sed dicendum est quod per solam delationem absque sententia non irrogatur infamia nichilominus tamen a tempore dilationis usque ad annum prohibetur ad honores promoueri post annum uero non prohibetur nisi per ipsum steterit quo minus causa infra annum expediretur ut ibidem patet. Et si opponitur de arbitro qui potest esse et infamis. ff. de arbit. l. p. Dicendum erit quod esse arbitrum non est dignitas cum nuda et simpliciter cognitionem habeat et iurisdictionem nullam ut dicitur solet de re iudi. l. ait pretor. Item si oppo. de procur. quod iudex potest esse licet infamis insti. de excep. §. ulti. Dicendum erit quod ministerium procuratoris non est dignitas sed onus infamissimum et uilissimum ut. et de decur. l. si quis procuratore. l. x.

**Q**uod certum est quod is committit in legem qui legis uerba complectens contra legis nititur uoluntatem

**S**icut facere secundum uerba legis et secundum









21

---

---

BARBATIÆ

Seculi

Repetit. Leg.

Cum

auctissimi

Cod. de

Fidei

Commissijs.

---

---

Biblioteca de Santa Cruz

IyR 273

BARBARA  
MILTON  
GARDNER  
MILTON  
GARDNER